



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria et disputationes scholastica in Summam D.
Thomae Aquinatis**

Nazarius, Johannes P.

Coloniae, 1621

Qvaestio XXXIII. De persona patris, in quatuor articulos diuisa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82303](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82303)

*Hæreticus
quis sit.*

Ut autem primæ distinctionis necessitas ac simul primæ & tertiæ conclusionis discrimen & sensus eluceat, sciendum est, aliud esse loqui de hæresi & de hæretico secundum se, siue secundum rei veritatem: & aliud de eisdem sermonem habere prout exteriori iudicium violatæ religionis subduntur censura. Nam si de rei veritate loquamur tam hæreticus est qui falsum opinatur in his quæ ad fidem pertinent indirecte, supposita noticia doctrinæ fidei aut determinationis Ecclesiæ, quam qui falsam habet opinionem cum pertinacia circa ea quæ directe ad fidem attinent. Si verò confiderentur dictorum opinantium errores, prout humanæ subduntur autoritatis iudicio, non modica distant ab inuicem differentia; nam qui falsam habuerit opinionem in ijs quæ directe ad fidem pertinent, hæreticus iuxta leges & facti probationes censetur à iudicibus: nisi (quod haud facile est) probet efficaciter ignorantiam, per quam excluditur pertinacia. At qui falsitatem aliquam aduersus ea quæ indirecte ad fidem attinent, mente tenuerit & verbis etiam expresserit, non statim hæreticus iudicabitur; nisi doctrina, magisterium, aut pastorale munus excusationem omnem ignorantie resecauerit, quam gregales homines in simili materia sibi legitime possunt ostendere.

Item verò hic offerunt sese plura de pertinacia de nomine hæresis, & eius ratione disputanda, quæ huic loco minimè congruunt: sed propriam habent sedem, in 2.2.q.11.a.2. quo loco videndus est Cai. & Ban. ac ceteri S.D. interpretes. Explicat hic eandem materiam Torres multis cap. non minus piè, quam eruditè.

Aduerte tamen differentiam, quam hic statuit Cai. inter requisita ad rationem hæresis & ad rationem hæretici fuisse ab eodem retractatam in 2.2.q.11.a.1. vt hic obseruat Iauellus: & posteriorem Cai. sententiam sequitur & explicat Ban. in d. loco dub. 3. vbi ex Cano de locis lib. 12. c.8. vtrumque dicendi modum ex parte conciliat.

Postremò ad quæsitum illud: Num sit error, aut temeritas aliqua sextam notionem inducere: Torres in a.pr.ac.præp. fin. respondet, sine temeritate & erroris periculo non posse nouum notionis nomen induci contra communem auctoritatem Doctorum & Sanctorum. Quam sententiam sequitur Bann. in eodem a. dub. 1. & Zum. disp. 1. Cuius tamen oppositam pronunciat Rada in supranotata controuer. 25. a. 3. dicens, opinionem asserentem in diuinis esse sex notiones, esse in fide tutissimam; quod dictum probat primò, quia etiam si Patres antiqui dixissent notiones esse quinque, non tamen inde colligitur eas non esse sex: & argumentum ab autoritate negatiue non valet: Nam quod quinque notiones tantum posuerint & non sex, in causâ esse potuit quia plures non cognouerunt: sicut patet de Ambrosio, qui innascibilitatem inter notiones recusabat admittere; nec vllus Sanctorum vnquam dixit esse quinque

Hæc sententia, & rationes.

Prima.

Secunda.

Tertia.

*Hæc argu-
entum.*

notiones. *Secundo*, quia ponere sex notiones nullo modo derogat fidei Catholicæ circa mysterium Trinitatis; quia cum sex notionibus æquè benè saluantur omnia, quæ pertinent ad fidem Trinitatis sicut cum quinque tantum. Deniq; Doctores scholastici opinionem de quinque notionibus defendunt vt probabilem.

Sed hæc partim nullius omnino sunt ponderis & partim falsa. Ad primum. n. dicitur, quod licet argumentum ab autoritate negatiue communiter non valeat, plurimi tamen æstimanda est SS. Patrum & Scholasticorum diligentia in Mysterio SS. Trinitatis, in cuius contemplatione quam

A maximè Patres laborarunt, vt fidei veritatem de unitate essentia & Trinitate personarum aduersus hæreticos tuerentur; atque ideo rationes quibus ab inuicem discernentur personæ subtiliter excogitarunt, & ad veræ fidei firmitatem in Ecclesia perpetuo conseruandam Scripturæ commendarunt. Cum itaque plures non agnouerint & quinque dumtaxat recensuerint, magnum argumentum est ex Patrum sententia non esse plures. Loca Patrum annotarunt diligenter Suar. lib. 3. c. 9. & 10. & lib. 8. c. 2. & Vafq. disp. 137. & 140. His adde nullam de quatuor relationibus esse posse controuersiam, an sint notiones; nam hoc ipso quod vt proprietates personarum, ac formæ concipiuntur abstractè, rationes sunt cognoscendi ac proinde notiones. Ad secundum dico, si dei Catholicæ multum præiudicare noua signimenta & vocum nouitates, in summo præsertim Mysterio SS. Trinitatis. Ad vltimum dico, Doctores Scholasticos, non vt simpliciter probabilem sed veluti à Patribus acceptam & validis argumentationibus comprobata, de quinario notionum numero tueri sententiam, vt perspicue videre licet in discursu D. Tho. superius explicato. Quid verò significare voluerit Ambrosius non admittens ingenti nomen in patre, explicant Torres & Ban. in seq. q. a. 4. & ibidem alij recentiores, & in a.pr.ac. satis ostendimus.

QVAESTIO XXXIII.

De persona patris, in quatuor articulos diuisa.

Consequenter considerandum est de personis specialibus. Et primò circa personam patris.

Circa quam quærentur quatuor.

Primò. Vtrum Patri competat esse principium.

Secundò. Vtrum persona Patris propriè significetur hoc nomine, pater.

Tertiò. Vtrum per prius dicatur in diuinis pater secundum quod sumitur personaliter, quam secundum quod sumitur essentialiter.

Quartò. Vtrum sit proprium Patri, esse ingentium.

Ratio ordinis huius questionis, & articulorum eius inter se.

HVCVSQVE tractauit S. Th. de personis diuinis & de pertinentibus ad earum notitiam in communi: nunc incipit agere de personis in particulari. Et quoniam persona Patris est primum principium, quod a nullo est & a quo reliquæ duæ personæ procedunt: idcirco primò disserit de persona Patris, & agit primò de ea quo ad nomina positiua, in primis tribus articulis: deinde quoad nomen negatiuum, quod est ingentium in 4. & vlt. a. Quo ad primum, tractat primò nomen magis commune; quod est principium: deinde nomen Patris; quod est proprium primæ personæ in diuinis: de quo duo tractat, scilicet eius significationem in 2. art. deinde modum siue ordinem significandi in tertio articulo.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum competat Patri esse principium?

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod Pater non possit dici principium Filij, vel spiritus sancti. Principium enim & causa idem sunt secundum Philosophum. Sed non dicimus Patrem esse causam Filij.

Ergo

184
Ius q. 36. a.
4. & 1. d.
29. a. 1. &
op. 1. ca. 2.
6. p. q. 1. a.
a. 1. 8. 10.
1. 8. x. lib. 4.
Metaph. 1. 1. 1. 3.
10. 3.

Ergo non debet dici quod sit eius principium.

2. Præterea. Principium dicitur respectu principia-
ri. Si igitur pater est principium filij, sequitur filium esse
principium: & per consequens esse creatum. Quod vi-
detur esse erroneum.

3. Præterea. Nomen principij à prioritate sumitur.
Sed in diuinis non est prius & posterius, vt Atban. 2. di-
cit. Ergo in diuinis non debemus vti nomine principij.

Sed contra est, quod dicit Aug. in 2. de Trin. 1. Pater
est principium totius deitatis.

Respon. Dicendum, quod hoc nomen, principium, ni-
hil aliud significat quàm id, à quo aliquid procedit. Om-
ne enim à quo aliquid procedit quocumq; modo, dici-
mus esse principium, & e converso. Cum ergo pater sit à
quo procedit alius, sequitur, quod pater est princi-
pium.

Ad Primum ergo dicendum, quod Græci vtun-
tur in diuinis indifferenter nomine causæ, sicut &
nomine principij: Sed Latini doctores non vtuntur no-
mine causæ, sed solum nomine principij. Cuius ratio
est: quia à principium communius est quàm cau-
sa: sicut causa communior quàm elementum. Pri-
mus enim terminus, vel etiam prima pars rei, di-
citur principium, sed non causa. Quando autem ali-
quod nomen est communius, tanto conuenientius af-
sumitur in diuinis, vt supra dictum est. Quia nomina
quandò magis specialia sunt, tantò magis determi-
nant modum conuenientem creaturæ. Vnde hoc
nomen causæ, videtur importare diuersitatem sub-
stantiæ, & dependentiam alicuius ab altero, quàm
non importat nomen principij. In omnibus enim causis
generibus semper inuenitur distantia inter causam,
& id cuius est causa, secundum aliquam perfe-
ctionem aut virtutem. Sed nomine principij vtun-
tur etiam in his, quæ nullam huiusmodi differen-
tiam habent, sed solum secundum quendam ordinem.
Sicut cum dicimus, punctum esse principium lineæ, vel
etiam cum dicimus, frontem lineæ, esse principium li-
neæ.

Ad Secundum dicendum, quod apud Græcos
inuenitur de Filio, vel Spiritu sancto dici, quod
principientur. Sed hoc non est in vsu Doctorum no-
strorum. Quia licet attribuamus patri aliquid au-
thoritatis ratione principij, nihil tamen ad subiectio-
nem, vel minorationem quocumque modo pertinen-
tem, attribuimus Filio vel Spiritui sancto, vt vitetur omnis
erroris occasio. Secundum quem modum, Hilarius
dicit 9. de Trinitat. Donantis autoritate pater
maior est: sed minor non est filius, cui vnum esse do-
natur.

Ad Tertium dicendum, quod licet hoc nomen, princi-
pium, quantum ad id, à quo imponitur ad significan-
dum, videatur à prioritate sumptum: non tamen signi-
ficat prioritatem, sed originem. Non enim idem est
quod significat nomen, & à quo nomen imponitur, vt
supra dictum est.

Sensus quaestio.

QUANTUM verborum forma præferat
quaestionem an est aut quia est: intentio ta-
men S. D. est quærere, quid significet hoc nomen
principium, prout de Patre dicitur in diuinis; tota
namque præsentis articuli doctrina tam in cor-
pore quàm in responsionibus ad argumenta, ver-
satur circa significationem huius nominis prin-
cipium.

Forma Textus.

CONCL. est. Pater est principium. Probatur.
Principium nihil aliud est, quàm id à quo al-
iquid procedit: Sed Pater est à quo alius proce-
dit, scilicet Filius & Spiritus sanctus. Ergo Pater
est principium. Maior probatur ex communi vsu
& sensu; quoniam omne id à quo aliquid proce-

Naz. in 1. part. D. Tho. tom. 2.

A dit aliquo modo dicimus esse principium, & e
conuerso. Secundò probatur hæc veritas in ar-
gumento sed contra, auctoritate Augustini in 4. de
Trin. c. 20. vbi ait quod Pater est principium to-
tius Deitatis.

CONTROVERSIA VNICA.

Quo sensu dicatur Pater principium diuinarum
personarum procedentium, vel totius Deitatis, vel et-
iam Trinitatis: an dicendus sit causa: & an illi soli con-
ueniat nomen authoris?

QUINQUE continentur in proposita con-
trouersia difficultates, ex quibus quarta
quaestionem implicat Metaphysicam de nomi-
bus causæ & principij: an significatione conuer-
tantur; quàm latè nimis & scrupulosè magis
quàm solidè (vt video) versat Vafq.

Quod igitur attinet ad PRIMAM PARTEM:
Considerandum est ex D. Thom. in 1. dist. 29. qu. 1.
a. 2. rationem principij fundari super originem,
quæ dupliciter potest considerari: Vno modo se-
cundum communem rationem originis, quæ est
aliquid ab alio esse: & sic vna ratio est com-
munis ad originem personarum & originem
creaturarum; non quidem communitate vniuo-
cationis sed analogiæ. Alio modo potest origo con-
siderari secundum determinatum modum origi-
nis: & sic diuersæ sunt speciales rationes origi-
nis: sed hæc diuersitas æquiuocationem non par-
rit: quoniam vt ait Philosophus in 1. de anima.
textu 8. animalis ratio secundum vnumquodque
est alia, nec tamen de subiectis sibi speciebus æ-
quiuocè dicitur. Similiter itaque ratio principij
prout communiter sumitur & significat id, à
quo aliquid procedit ratio vna communis est se-
cundum analogiam ad principium diuinæ perso-
næ, & ad principium creaturæ; secundum autem
determinatos illius modos, videlicet generatio-
nis & spirationis distinguitur ad modum vni-
uoci in diuersas speciales rationes principij. Et
quia processio creaturarum exemplatur à pro-
cessione diuinarum personarum: per prius (absol-
ute loquendo) dicitur principium respectu perso-
næ, quàm respectu creaturæ; Nam persona
procedens ex suo principio perfectam assequi-
tur naturæ similitudinem, quàm creatura vix di-
minutè participat. De qua re copiosè differit
Fons. in 5. Meth. q. 6. & Suar. disp. 12. Sciendum ta-
men est, vt ibidem ait S. Thom. in principio pro-
ut dicitur de Deo respectu creaturæ duo conside-
rari, scilicet habitudinem quæ temporalis est, &
illud in quo fundatur hæc habitudo, nimirum
virtus & operatio diuina: quibus tamen non
conuenit ratio principij, nisi quasi habitualiter;
& hoc posteriori modo sumendo principium
prius est in Deo ratio principij creaturæ, quàm
diuinæ personæ secundum nostrum modum in-
telligendi: ea ratione, qua prius de Deo concipi-
mus & prædicamus essentiale, quàm notionale:
Sed hæc prioritas (ait S. D.) est secundum quid.
Ex dictis sequitur secundum doctrinam Angelici
nostri Doctoris, vnum esse commune con-
ceptum analogum ad ens reale & ad ens ra-
tionis; nam principium de Deo dictum in or-
dine ad creaturam relatio rationis est formaliter.
Sequitur secundò Durandum in dicta dist. q. 1.
perperam ex maiori rei productæ diuersitate à
suo principio, colligere dici principaliter ratio-
nem principij de Deo respectu creaturæ, quàm
respectu personæ; oppositum enim sequitur eni-
denter.

Quo sensu
Pater dica-
tur princi-
pium.

Ratio princi-
pij analog.

Principium
in Deo per
prius dicitur
respectu
personæ quàm
respectu
creaturæ.

Conceptus
analogus cō-
munis enti
reali, & ra-
tionis.

Principij no-
me in sacris
litteris quā-
doque dici
de patre, &
quandoque
de filio.
Vasq. cēsurā
reprehēditur.

Secundo aduerte Vasq. in 2. c. non satis cautē re-
prehendere Zumell. & alios, quod affirmant ex
quibusdam diuinarum litterarum locis nomen
principij rectē dici de Patre, & quandoque et-
iam de filio; quorum primus est Ioannis 1. *In prin-
cipio erat verbum*; quem locum exponunt de Pa-
tre D. Augustin. *lib. 6. de Trinit. c. 2.* Cyrill. *lib. 1. in
Ioan. c. 1.* & Origen. *homilia 2 in diuersos*, & D. Th.
& Concilium Syrmienſe, c. 27. & alij quā pluri-
res. At igitur Vasq. planiorem illius loci sensum
esse vt in principio, sit idem quod ab initio, sicut ex-
ponit Aug. loco allegato, & Basil. in *Commentario*,
& Chrysostom. *hom. 2. in Ioan.* & Ambros. *lib. 1. de
fide*, c. 5. & hinc satis (inquit) constat ex eo loco
non probari patrem esse principium, quod idem
existimat de verbis illis Psalmi 109. *Tecum prin-
cipium in die virtutis tuae*, quae de Patre exponun-
tur ab Augustino & D. Thom. Sicut etiam negat
probari filium esse principium per illa verba
Ioannis 8. *Principium qui & loquor vobis*. Ratio e-
ius est iam dicta; quia scilicet praedicta verba plu-
res alios admittunt sensus à Patribus expressos.
Sed haec ratio frivola est: nam sicut temerarium
est negare in sacris litteris esse locum aliquem,
qui in sensu litterali dupliciter possit intelligi:
ita posito in eisdem verbis iuxta Patrum senten-
tiam duplici sensu litterali, non potest absque te-
meritate negari, ex utroque posse Theolo-
gum argumenta deducere magis vel minus fir-
ma, prout magis vel minus certus fuerit alter,
vel etiam uterque sensus litteralis, vt explicant
recentiores *super q. 1. a. 10.* & praesertim Ban. *dub. 7.*

Quomodo su-
mas hic prin-
cipium.

Tertio diligenter observa distinctionem & con-
uenientiam significationis huius nominis *prin-
cipium*, cum hoc nomine *causa*; Et primo aduertit
Capr. in 1. dist. 29. q. 1. & Cai. hic, & alij recentiores
principium, de quo loquitur hic S. D. ad amplifi-
simam pertinet significationem principij, quam
ponit Aristoteles in 5. Meth. dicens, communifi-
simam rationem principij esse primum ex quo
est aut cognoscitur aliquid. Dicitur enim in lit-
tera, hoc nomen, *principium*, nihil aliud significa-
re, quā id, à quo aliquid procedit; haec autem
acceptio ad nullam pertinet earum, quas ibidem
expressē tradit Arist. Igitur sub communissima
tantum comprehenditur de principio enim pro-
ductiuo sermo est, quod in diuinis tantum sine
causalitate & essentiali distinctione reperitur,
& ideo sub nulla specialium acceptionum conti-
netur.

Principium
apud Arist.
& Gracos
idem esse co-
uertibiliter
cum causa.

Quarto scito, non modicam esse tam inter Phi-
losophos, quā inter expositores D. Thom. con-
trouersiam: an secundum Arist. & Gracos, prin-
cipium sit idem conuertibiliter cum causa. Nam
Paulus Soncin. in 5. meth. *quaest. 1. in respons. ad
vltimum argum.* ait, propositionem illam Aristot.
in 4. meth. *text. 3. principium & causa sese consequun-
tur*, (quam S. D. exponens addit conuertibiliter)
intelligendam esse sumendo nomen principij, vt
refertur ad principiatum, quod semper est distin-
ctum secundum substantiam à suo principio &
habet rationem effectus: & consequenter prin-
cipium eo modo sumptum habet rationem causa.
Eandem expositionem sequitur lauell. in 5. meth.
quaest. 1. & super hoc artic. dicens Arist. ibi loqui de
principio productiuo, quod in rebus creatis sem-
per distinguitur secundum essentiam, & habet
rationem causa respectu producti: Philosophum
autem non cognouisse principium productiuum
in diuinis. Eandem sententiam sequitur Fonseca
in 5. meth. & Suar. *ibid. disp. 12.* & Vasq. *super hoc ar-
tic.*

Sed alij antiquiores Thomistae docent secun-

dum mentem Arist. & Gracorum, principium
amplissimē sumptum & causam similiter com-
munissimē sumptam adinuicem conuerti. Ita
Petrus Bergomenſis author aureae tabulae, *dubio
1055.* qui duo dicit. Primum est, principium &
causa sunt idem re conuertibiliter, sed differunt
ratione. Secundum, causa dupliciter sumitur: v-
no modo propriē scilicet pro causa quae aliquo
modo influit in effectum, & sic principium in
plus se habet quā causa; quia id à quo incipit
motus est principium, non tamen causa hoc mo-
do accepta. Alio modo accipitur causa commu-
niter, vt scilicet se extendit ad causam per se, &
ad causam per accidens, quocunque modo acci-
dentis: quem modum causa popularē & non
philosophicam appellant: & sic principium &
causa conuertuntur secundum Aristot. in 4. meth.
tex. 3. Quam sententiam ad verbum sequitur Flan-
drensis in 4. meth. *qu. 3. a. 1. & in 5. q. 1. a. 1.* & Magi-
ster Porreeta & Zumel. *super hoc a. & Alex. in dicto
textu*, cui consonat expositio S. Tho. praedicta &
verba etiam Arist. in 5. meth. in cap. de principio, vbi
enumeratis modis principij sic ait: *Toties autē &
causa dicuntur, omnes enim causa principium*; vbi
videtur Aristot. nomen causa sumptisse latissi-
mē.

Sed huic probationi duo obijcit absurda Fonse-
ca & post eum Suar. & Vasq. Primum est quod v-
bi de principio & causa distinctē agitur, non de-
bet causa cum principio confundi. Secundum est,
quod probatio Aristot. erit ineptissima; nulla e-
nim est haec consequentia: omnes causa sunt
principia; igitur tot modis dicuntur causa quot
principia; perinde est ac si probaret tot esse ho-
mines, quot animalia; quia omnes homines sunt
animalia. Ad primum dico primo satis distingui
principium à causa praedicto modo accepta, ex
diuersa ratione formali, vt ibi notat S. D. Secun-
do dico, Aristot. voluisse in ca. de principio osten-
dere conuenientiam causa amplissimae sumptae
cum principio, quam etiam in 4. libro tradiderat:
ne diuersitate nominum idem quandoque signi-
ficantium deciperemur. Tertio dico satisfecisse
Philosophum in proprio cap. de causa tradendo ge-
nera & modos causa: propriē sumptae prout di-
stinguitur à principio propriē sumpto. Ad secun-
dum dico formam illam probationis non esse in-
tentam ab Aristot. sed eius intentio fuit probare
modos illos principij prius ab ipso enumeratos
verē conuenire principio & quod locum etiam
habeant in causa, & omnis causa sit principium;
supponit autem Arist. causam & principium sese
mutuō conuertibiliter consequi, prout dixerat
in quarto. Nec verum est, quod ait Suarez, prin-
cipium secundum generalem principij rationem
latius patere, quā causam, latissime accipiendo
causam; quamuis enim primogenitus prin-
cipium dicatur filiorum, non autem causa propriē
sumendo nomen causa: latissimē tamen causa di-
ci poterit, sicut etiam Aristot. in 2. Meth. *tex. 12.* pri-
uationem, quam inter principia numerauerat in
1. Phys. vocat causam: sic enim omne quocunque
modo requisitum, aut quouis modo etiam vt
ocasio ad rei productionem dicitur eius cau-
sa. Constat autem primogenitum nonnullam
esse reliquorum post eum ab eisdem parentibus
genitorum occasionem; nec latius expedit philo-
sophicam & minimē vtilitatis difficultatem ex-
tendere.

Cur autem in diuinis non vtamur nomine cau-
sa sicut Graeci dicentes Patrem esse causam Filij,
declarat S. Tho. in resp. ad 1. quam responsionem
explicant & videntur expositores & praesertim
Zum.

Obi. Suar.
soluunt.

Zumell. & Mol. *diff. 3.* & Fonf. *lib. 5. Meth. c. 1. q. 7.* A

Hic vnum aduerte, nimirum Cai. interpreta-
ri dictum illud Auguft. 7. de *Trin. c. 4.* Illud, quod
est ei causa vt fit, est ei causa vt sapiens fit, vt in-
telligatur de essentialibus & de causa secundum
rationem; quæ expositionem arguit Zumell. quia
pater non est causa id est ratio sui ipsius & suæ sa-
pientiæ; igitur dictum Aug. & alia similia SS. Pa-
trum explicanda sunt negatiue, vt fit sensus: Pater
est origo sui & causa suæ substantiæ; quia non est
ab alio, nec habet originem, neque aliquam cau-
sam sui. Sed quamuis hæc expositio bona sit, im-
merito tamen rejicitur interpretatio Cai. quam-
uis enim Pater non sit causa sui esse nec sapientiæ
suæ, continet tamen in se rationem sui esse & suæ
sapientiæ. Nam eius essentia est ratio illius exis-
tentia, & summa actualitas in genere entium &
in genere intelligibilium est ratio sapientiæ. Nec
affirmat Cai. Patrem esse rationem sui esse & suæ
sapientiæ, vt imponit ei Zumell. Sicut ergo Pater
non est causa suæ æternitatis, sed tamen continet
in se immutabilitatem, quæ ratio est æternitatis:
ita non est causa suæ sapientiæ, cum tamen in se
contineat rationem sapientiæ.

Congrue di-
ci Patrem
principium to-
tius Deita-
tis, magis
quàm Tri-
nitatis.

SECUNDA PARS *proposita* quæstionis erat:
quo sensu verum sit dictum illud Auguft. in 4. de
Trin. cap. 20. Pater est principium totius Deitatis:
quæ propositio prius fuit Dion. in 3. cap. de diuinis
nominibus, quem sequuti sunt Athanas. in oratione
contra Gregales Sabellij, Nazianzenus in sermone
de statu Episcoporum, Concilium Toletanum VI.
& XI. in Confessione fidei, Concilium Florent. sessio-
ne 24. in litteris unionis. Eius intelligentiam tra-
dit Magister in 1. dist. 29. & latius S. Th. in 1. q. 39.
a. 5. ad 6. & in fine dictæ distinctionis in expositione
textus: ex quo loco desumpserunt iuniores omnes
suas expositiones. Ait ergo S. D. Deitatem in di-
cto pronuntiato dupliciter sumi posse: Vno mo-
do pro essentia diuina & sic totum non dicit in-
tegritatem partium sed perfectionem naturæ: &
dicitur Pater esse principium totius Deitatis, non
quia Deitatem generet vel spiret, sed quia diui-
nitatem communicat generando vel spirando;
vt fit sensus: est principium Deitatis id est vt Dei-
tas habeatur secundum omnem modum, quo
cõmunicabilis est. Alio modo potest sumi Dei-
tas pro vniuersitate personarum diuinarum; &
fit planior sensus, nimirum: Pater est principium
totius Deitatis, id est, aliarum omnium personarum:
sicut punctum dicitur principium to-
tius lineæ, quamuis sui ipsius principium non sit:
& hoc est etiam, quod ibi Magister exponens ait
Patrem esse principium totius Deitatis: quia non
habet de quo fit, vel de quo procedat, sed ab eo
Filius est genitus, & Spiritus S. procedit in qui-
bus est tota diuinitas.

Reijctur et
iuxta Bann.
& Mol.

Et quamuis Ban. Mol. & alij dictum illud af-
firmant in rigore esse improprium & falsum: nõ
ita tamẽ absolute loquendum existimo, ob sum-
mam quæ Patribus & Concilijs debetur reueren-
tiam; cum præsertim absque vlla verborum ex-
torfione aut violentia, duas valde planas habeat
expositiones superius positas, quæ proprium mi-
hi videntur dictæ propositionis sensum expri-
mere, vt magis patebit ex dicendis infra q. 41.

Sed paulo durius videtur esse dictum Concilij
Vormatiensis in confessione fidei, vbi Patrem appellat
principium totius Trinitatis. Cuius tamen faci-
lis est intellectus ex iam dictis: est enim Pater
principium totius Trinitatis, non extrinsecum
sed intrinsecum: sicut punctum lineæ; & vt prima
persona quæ est aliarum fons atque principium.

Simpliciter tamen videtur impropria & in rigo-
re falsa hæc propositio, & ideo non usurpanda, nomen
sed pie exponenda.

POSTREMA PARS est: An Patri soli conue-
niat nomen authoris? S. D. in 1. dist. 29. q. 1. a. 1. ne-
gat Filio conuenire nomen authoris, ob eam cau-
sam, quod de ratione authoris est, vt sit princi-
pium non de principio: quam rationem hic affert
Ca. aduersus Aureol. & sequitur Suar. de *Trin. lib.*
8. c. vlt. qui tamen falsò allegat S. Th. in hoc a. Sed
oppositam sententiam sequitur Ban. Zum. Mol.
& Vasq. super hoc a. negantes esse de ratione au-
thoris, vt sit principium non de principio.

Ripa dubius incedens duo dicit. Primum est:
Vocem authoris significare principium non ab
alio, iuxta materiam de qua fuerit sermo, vt au-
thores elucubrationum, ciuitatum aut familia-
rum dicuntur, qui in istis componendis, ædifican-
dis & administrandis non ab alio pendent; quam-
uis alia ratione puta vt filij, vt homines non sint
primi; & hoc inquit modo recentiorum argu-
menta delebis. Secundum est: D. Th. in 1. q. 36. a. 4.
ad 7. nomen authoris de persona Filij admittere
cum Hilario dicente Spiritum S. esse à Patre & Fi-
lio authoribus. Sed hæc parum aut nihil fauent
prædictæ sententiæ; nam in re proposita Filius à
Patre recipit virtutem spirandi & consequenter
ex dicta vocis interpretatione tantum abest, vt
deleri valeant argumenta, vt maius inde potius
robur accipiant. Neque S. D. infra nomen autho-
ris admittit, etsi propter Hilarij reuerentiam il-
lud non neget, sed exponendum affirmat sub-
stantium pro adiectiuo: nihil interim decernens
de vocis proprietate, utpote nihil ad illum
locum pertinente, & de quafatis egerat in 1.

Dicendum itaque videtur cum Aegidio in 1.
dist. 29. q. 1. a. 1. authorẽ non dici proprie, nisi eum,
qui principaliter producit. Nam authoritatiue
facere, est principaliter facere: in quo sensu est v-
su frequenti apud Ciceronem & alios Latine lin-
guæ peritos. Aliquando tamen communiter su-
mitur author pro eo, quod est alterius producti-
uum, etiam si vim ab alio recipiat producendi; &
in hoc sensu dixit Hilarius Spiritum S. à Patre &
Filio authoribus confitendum esse.

PRIMA CONCL. Principium, & causa commu-
nissime sumpta secundum Arist. conuertuntur ad inuicẽ.

SECUNDA CONCL. Principium Analogicẽ dicitur
in Deo respectu personarum: & respectu creaturarum;
& per prius respectu personarum, quàm respectu
creaturarum.

TERCIA CONCL. In Ecclesia Latina non est di-
cendum Patrem esse causam Filij: neque Patrem & Fi-
lium Spiritus S.

QUARTA CONCL. Restẽ ac satis proprie dicitur
Patrem esse principium totius Deitatis: quamuis
improprie dicatur principium Trinitatis.

VLTIMA CONCL. Nomen authoris soli Patri,
non autem Filio proprie conuenit.

CONTRA primam concl. sunt argumen. Fonf.
Suar. Vasq. & aliorum, quæ facilem habent ex-
solutionem.

CONTRA secundam concl. sunt argum. à D.
Th. in 1. & prædictis authoribus proposita & so-
luta.

CONTRA tertiam sunt argum. quæ produ-
cunt & soluunt Zum. Mol. Vasq. & Suar.

CONTRA quartam sunt argumenta, quæ D.
Th. in 1. & recentiores prædicti adducunt & so-
luunt.

CONTRA vltimam argum. Bann. Zum. Mol. & ob 1. con-
alij. Pater Platonis dicitur eius author, cum tamẽ
ipse fuerit ex alio principio; ergo, Restẽ falsum est.

Soli Patri
re falsa hæc propositio, & ideo non usurpanda, nomen
aut horis
proprie con-
uenire.

Conclusio-
nes deduc-
tae, & pro-
bate.

Argumenta,
quæ soluuntur.

Argumenta,
quæ soluuntur.

Argumenta,
quæ soluuntur.

Argumenta,
quæ soluuntur.

Argumenta,
quæ soluuntur.

Argumenta,
quæ soluuntur.

Argumenta,
quæ soluuntur.

Argumenta,
quæ soluuntur.

Argumenta,
quæ soluuntur.

Argumenta,
quæ soluuntur.

Argumenta,
quæ soluuntur.

se antec. propriè loquendo; quamvis extenso au-
thoris vocabulo dici possit.

Obi. 2. *Secundo argu. Mo. Aug. lib. 3. contra Maximinum cap. 14. licait: Si propterea Deum Patrem Deo Filio dicitur auctorem, quia ille genuit, genitus est iste, quia iste de illo est, non ille de isto. fateor, & concedo: si autem per nomen auctoris minorem vis facere filium patremque maiorem, nec eiusdem substantie filium, cuius est Pater, deest labor, & responsum. Ergo nomen auctoris dicitur de aliquo, etiamsi fuerit ex alio principio. Resp. nullam esse conseq. supponit enim Aug. Patrem esse primum principium, & ideo verba illa, quia iste de illo est &c. non dicunt rationem præcislam, sed prinitatem supponunt.*

ARTICVLVS SECYNDVS.

Virum hoc nomen Pater, fit nomen propriè diuinæ personæ.

186
 Inf. q. 40.
 2. ad. 2. cor. 13.
 q. 60 ad 4.
 ad 2. 7.
 dist. 3. 4. 2.
 q. 1. ad 5.
 ne.

AD Secundum sic proceditur. Videtur, quodd hoc nomen pater, non sit proprie nomen diuine persone. Hoc enim nomen pater, significat relationem. Persona autem est substantia individua. Non ergo hoc nomen, pater, est proprie nomen significatiuum persone.

2 Præterea Generans communius est quam pater.
Nam omnis pater est generans, sed non e converso. Sed
nomen cōmūnis magis propriè dicitur in diuinis, ut di-
ctum * est. Ergo magis proprium nomen est persona di-
uina generans & genitor, quam pater.

3. Præterea. Nihil quod secundum metaphoram
dicitur, potest esse nomen proprium alicuius. Sed verbum
metaphoricè apud nos dicitur genitum vel proles: & per
consequens ille cuius est verbum, metaphoricè dicitur
pater. Non ergo principium verbi in diuino potest pro-
priè dici pater.

4. Præterea. Omne quod dicitur in divinis, per primum dicitur de Deo quam de creaturis : sed generatio per primum videtur dici de creaturis quam de Deo. verior enim ibi videtur esse generatio, ubi aliquid procedit ab alio distinctum, non secundum relationem tantum, sed etiam secundum essentiam. Ergo nomen patris quod a generatione sumitur, non videtur esse proprium alicuius divine persone.

*Sed contra est, quod dicitur in Psalm. Ipse innuocabit
me, pater meus est tu.*

Respondet. Dicendum, quod nomen proprium cuiuslibet personae significat id, per quod illa persona distinguitur ab omnibus alijs. Sicut enim de ratione hominis est anima & corpus, ita de intellectu hominis est hoc anima, & hoc corpus, ut dicitur in 7. Metaph. His autem, hic homo ab omnibus alijs distinguitur. Id autem per quod distinguitur persona patris ab omnibus alijs, est paternitas. Unde proprium nomen personae patris est hoc nomen, pater, quod significat paternitatem.

Ad primum ergo dicendum, quod apud nos relatio non est subsistens persona. Et ideo hoc nomen pater, apud nos non significat personam, sed relationem personæ: non autem est ita in divinis, ut quidam falso opinati sunt, nam relatio quam significat hoc nomen, pater, est subsistens persona.

D. 29. 44. Unde supra dictum * est, quod hoc nomen, persona, in diuinis significat relationem, vi subsistentem in diuina natura.

Ad Secundum dicendum, quod secundum Philo-
Lib 2. text. solum in* secundo de anima, Denominatio rei maxime
44. to. 4. debet fieri à perfectione & sine.

Generatio autem significat ut in fieri, sed paternitas significat complementum generationis: Et ideo potius est nomen diuinae personae patris, quam generans, vel genitor.

Ad Tertium dicendum, quod verbum non est aliquid
subsistens in natura humana. Unde non proprie potest
dici genitum vel filius.

Sed verbum diuinum est aliquid subsistens in natura diuina. cVnde propriè & non metaphoricè dicitur filius, & eius principium pater.

Ad Quartum dicendum, quodd nomen generationis,
& paternitatis, sicut & alia nomina, quæ propriè dicuntur
in diuinis, per prius dicuntur de Deo, quàm de
creaturis, quantum ad rem d significatam, licet non
quantum ad modum significandi. c

Vnde & Apostol. dicit ad Ephes. 3. Flecto genua mea
ad Patrem Domini mei Iesu Christi, ex quo omnis pa-
terinitas in cælo, & in terra nominatur. Quod sic ap-

Bparet. Manifestum est enim, quod generatio accipit speciem à termino, qui est forma generati. Et quāto hic fuerit propinquior forma generantis, tantō verior & perfectior est generatio. Sicut generatio viuoca est perfectior, quā non viuoca. Nam deratione generantis est, quod generet sibi simile secundum formam. Vnde hoc ipsum, quod in generatione diuina est eadem numero forma generantis & geniti: in rebus autem creatis non est eadem numero, sed specie tantum, & ostendit, quid generatio, & per consequens paternitas, per prius sit in Deo quā in creaturis. Vnde hoc ipso, quod in diuinis est distinctio geniti à genere secūdum relationem tantum, ad veritatem diuinę generationis quę gerit sui personam.

Sensus quesiti.

TITVLVM explicat egregiè Cai. quem ceteri sequuntur interpretes. Solus Vafq. Turrianum fibi quafi patronum ostendens, dictionem illam *proprie*, contendit hic tantum sumi prout distinguitur contra communiter, non verò vt distinguitur contra metaphoricè aut extraneè, Nam *ex q. 13.* satis colligitur (inquit) an nomen Patris de Deo dicatur Metaphoricè, *sed in primis Torres*, quanquam affirmet dictionem illam primo modo sumi, ceteros tamen nō excludit; deinde doctrina illa generalis de diuinis nominibus non fufficit ad fingulas difficultates in qualibet materia diffoluendas; multa enim ex proprijs rerum naturis emergunt, quæ earundem quidditatibus funt diluenda. Præterea tertium argumentum exprefse militat contra fecundum fenfum, & alia omnia magis tangunt tertium quàm primum illius dictionis intellectum, vt patet intuenti; & in eodem fenfu procedit argumentum quo probatur conclusio: loquitur enim de distinctiuo hypostatice: hoc verò est quid intraneum veluti forma constitutiuu.

Forma Textus.

CONCL. *est. Pater est nomen proprium personae patris.* Probatur: Nomen significans id per quod persona qualibet distinguitur ab omnibus alijs, est illius proprium: at pater significat paternitatem, per quam distinguitur persona patris ab omnibus alijs; Ergo Pater est nomen proprium personae Patris. Maior probatur exemplo hominis singularis cuius nomen, pater Sortes, id est est eius proprium quia significat hanc animam & hoc corpus, quibus hic homo ab alijs distinguitur; Ergo similiter nomen significans id per quod persona qualibet &c. Antecedens probatur; quia sicut de ratione hominis est anima & corpus, ita de intellectu huius hominis est haec anima, & hoc corpus.

Expositio Textus.

DUBITATIONEM hic excitat Cai. de sensu
maioris & minoris: an. si loquatur S.D. de si-
gnificatione formali & actuali, an de materiali &

Zumell. & Mol. *diff. 3.* & Fonf. *lib. 5. Meth. c. 1. q. 7.* A

Hic vnum aduerte, nimirum Cai. interpreta-
ri dictum illud Auguft. 7. de *Trin. c. 4.* Illud, quod
est ei causa vt fit, est ei causa vt sapiens fit, vt in-
telligatur de essentialibus & de causa secundum
rationem; quæ expositionem arguit Zumell. quia
pater non est causa id est ratio sui ipsius & suæ sa-
pientiæ; igitur dictum Aug. & alia similia SS. Pa-
trum explicanda sunt negatiue, vt fit sensus: Pater
est origo sui & causa suæ substantiæ; quia non est
ab alio, nec habet originem, neque aliquam cau-
sam sui. Sed quamuis hæc expositio bona sit, im-
merito tamen rejicitur interpretatio Cai. quam-
uis enim Pater non sit causa sui esse nec sapientiæ
suæ, continet tamen in se rationem sui esse & suæ
sapientiæ. Nam eius essentia est ratio illius exis-
tentia, & summa actualitas in genere entium &
in genere intelligibilium est ratio sapientiæ. Nec
affirmat Cai. Patrem esse rationem sui esse & suæ
sapientiæ, vt imponit ei Zumell. Sicut ergo Pater
non est causa suæ æternitatis, sed tamen continet
in se immutabilitatem, quæ ratio est æternitatis:
ita non est causa suæ sapientiæ, cum tamen in se
contineat rationem sapientiæ.

Congrue di-
ci Patrem
principium to-
tius Deita-
tis, magis
quàm Tri-
nitatis.

SECUNDA PARS *proposita* quæstionis erat:
quo sensu verum sit dictum illud Auguft. in 4. de
Trin. cap. 20. Pater est principium totius Deitatis:
quæ propositio prius fuit Dion. in 3. cap. de *diuinis*
nominibus, quem sequuti sunt Athanas. in *oratione*
contra Gregales Sabellij, Nazianzenus in *sermone*
de statu Episcoporum, Concilium Toletanum VI.
& XI. in *Confessione fidei*, Concilium Florent. *sessio*
24. in litteris unionis. Eius intelligentiam tra-
dit Magister in 1. dist. 29. & latius S. Th. *infra q. 39.*
a. 5. ad 6. & in *sine dictæ distinctionis in expositione*
textus: ex quo loco desumpserunt iuniores omnes
suas expositiones. Ait ergo S. D. Deitatem in di-
cto pronuntiato dupliciter sumi posse: Vno mo-
do pro essentia diuina & sic totum non dicit in-
tegritatem partium sed perfectionem naturæ: &
dicitur Pater esse principium totius Deitatis, non
quia Deitatem generet vel spiret, sed quia diui-
nitatem communicat generando vel spirando;
vt fit sensus: est principium Deitatis id est vt Dei-
tas habeatur secundum omnem modum, quo
cõmunicabilis est. Alio modo potest sumi Dei-
tas pro vniuersitate personarum diuinarum; &
fit planior sensus, nimirum: Pater est principium
totius Deitatis, id est, aliarum omnium personarum:
sicut punctum dicitur principium to-
tius lineæ, quamuis sui ipsius principium non sit:
& hoc est etiam, quod ibi Magister exponens ait
Patrem esse principium totius Deitatis: quia non
habet de quo fit, vel de quo procedat, sed ab eo
Filius est genitus, & Spiritus S. procedit in qui-
bus est tota diuinitas.

Rejicitur et
iuxta Bann.
& Mol.

Et quamuis Ban. Mol. & alij dictum illud af-
firmant in rigore esse improprium & falsum: nõ
ita tamẽ absolute loquendum existimo, ob sum-
mam quæ Patribus & Concilijs debetur reueren-
tiam; cum præsertim absque vlla verborum ex-
tortione aut violentia, duas valde planas habeat
expositiones superius positas, quæ proprium mi-
hi videntur dictæ propositionis sensum expri-
mere, vt magis patebit ex dicendis *infra q. 41.*

Sed paulo durius videtur esse dictum Concilij
Vormatiensis in *confessione fidei*, vbi Patrem appellat
principium totius Trinitatis. Cuius tamen faci-
lis est intellectus ex iam dictis: est enim Pater
principium totius Trinitatis, non extrinsecum
sed intrinsecum: sicut punctum lineæ; & vt prima
persona quæ est aliarum fons atque principium.

Simpliciter tamen videtur impropria & in rigo-
re falsa hæc propositio, & ideo non usurpanda, nomen
sed pie exponenda.

POSTREMA PARS est: An Patri soli conue-
niat nomen authoris? S. D. in 1. dist. 29. q. 1. a. 1. ne-
gat Filio conuenire nomen authoris, ob eam cau-
sam, quod de ratione authoris est, vt sit princi-
pium non de principio: quam rationem hic affert
Ca. aduersus Aureol. & sequitur Suar. de *Trin. lib.*
8. c. vlt. qui tamen falsò allegat S. Th. in *hoc a.* Sed
oppositam sententiam sequitur Ban. Zum. Mol.
& Vasq. *super hoc a.* negantes esse de ratione au-
thoris, vt sit principium non de principio.

Ripa dubius incedens duo dicit. Primum est:
Vocem authoris significare principium non ab
alio, iuxta materiam de qua fuerit sermo, vt au-
thores elucubrationum, ciuitatum aut familia-
rum dicuntur, qui in istis componendis, ædifican-
dis & administrandis non ab alio pendent; quam-
uis alia ratione puta vt filij, vt homines non sint
primi; & hoc inquit modo recentiorum argu-
menta delebis. Secundum est: D. Th. *inf. q. 36. a. 4.*
ad 7. nomen authoris de persona Filij admittere
cum Hilario dicente Spiritum S. esse à Patre & Fi-
lio authoribus. Sed hæc parum aut nihil fauent
prædictæ sententiæ; nam in re proposita Filius à
Patre recipit virtutem spirandi & consequenter
ex dicta vocis interpretatione tantum abest, vt
deleri valeant argumenta, vt maius inde potius
robur accipiant. Neque S. D. infra nomen autho-
ris admittit, etsi propter Hilarij reuerentiam il-
lud non neget, sed exponendum affirmat sub-
stantium pro adiectiuo: nihil interim decernens
de vocis proprietate, ut potè nihil ad illum
locum pertinente, & de quafatis egerat in 1.

Dicendum itaque videtur cum Aegidio in 1.
dist. 29. q. 1. a. 1. authorẽ non dici proprie, nisi eum,
qui principaliter producit. Nam authoritatiue
facere, est principaliter facere: in quo sensu est v-
su frequenti apud Ciceronem & alios Latine lin-
guæ peritos. Aliquando tamen communiter su-
mitur author pro eo, quod est alterius producti-
uum, etiam si vim ab alio recipiat producendi; &
in hoc sensu dixit Hilarius Spiritum S. à Patre &
Filio authoribus confitendum esse.

Conclusio-
nes deduc-
tae, & pro-
bate.

PRIMA CONCL. Principium, & causa commu-
nissime sumpta secundum Arist. conuertuntur ad inuicẽ.

SECUNDA CONCL. Principium Analogicè dicitur
in Deo respectu personarum: & respectu creaturarum;
& per prius respectu personarum, quàm respectu
creaturarum.

TERCIA CONCL. In Ecclesia Latina non est di-
cendum Patrem esse causam Filij: neque Patrem & Fi-
lium Spiritus S.

QUARTA CONCL. Restat ac satis proprie dicitur
Patrem esse principium totius Deitatis: quamuis
improprie dicatur principium Trinitatis.

VLTIMA CONCL. Nomen authoris soli Patri,
non autem Filio proprie conuenit.

CONTRA primam concl. sunt argumen. Fonf.
Suar. Vasq. & aliorum, quæ facilem habent ex-
solutionem.

CONTRA secundam concl. sunt argum. à D.
Th. in 1. & prædictis authoribus proposita & so-
luta.

CONTRA tertiam sunt argum. quæ produ-
cunt & soluunt Zum. Mol. Vasq. & Suar.

CONTRA quartam sunt argumenta, quæ D.
Th. in 1. & recentiores prædicti adducunt & so-
luunt.

CONTRA vltimam argum. Bann. Zum. Mol. & ob 1. con-
alij. Pater Platonis dicitur eius author, cum tamẽ
ipse fuerit ex alio principio; ergo, Rest. falsum est.

se antec. propriè loquendo; quamvis extenso au-
thoris vocabulo dici possit.

Secundo argu. Mo. Aug. lib. 3. contra Maximinum cap. 14. licait: Si propterea Deum Patrem Deo Filio dicitur auctorem, quia ille genuit, genitus est iste, quia iste de illo est, non ille de isto, fateor, & concedo: si autem per nomen auctoris minorem vis facere filium patremque maiorem, nec eiusdem substantia filium, cuius est Pater, deest labor, & responsum. Ergo nomen auctoris dicitur de aliquo, etiamsi fuerit ex alio principio. Resp. nullam esse conseq. supponit enim Aug. Patrem esse primum principium, & ideo verba illa, quia iste de illo est, &c. non dicunt rationem præcislam, sed prinitatem supponunt.

ARTICVLVS SECYNDVS.

Virum hoc nomen Pater, fit nomen propriè diuinæ personæ.

186
 Inf. q. 40.
 2. ad. 2. cor. 13.
 q. 60 ad 4.
 ad 2. 7.
 dist. 3. 4. 2.
 q. 1 ad 5.
 ne.

AD Secundum sic proceditur. Videtur, quodd hoc nomen pater, non sit proprie nomen diuine persone. Hoc enim nomen pater, significat relationem. Persona autem est substantia individua. Non ergo hoc nomen, pater, est proprie nomen significatiuum persone.

2 Præterea Generans communius est quam pater.
Nam omnis pater est generans, sed non e converso. Sed
nomen cōmūnis magis propriè dicitur in diuinis, ut di-
ctum * est. Ergo magis proprium nomen est persona di-
uina generans & genitor, quam pater.

3. Præterea. Nihil quod secundum metaphoram
dicitur, potest esse nomen proprium alicuius. Sed verbum
metaphoricè apud nos dicitur genitum vel proles: & per
consequens ille cuius est verbum, metaphoricè dicitur
pater. Non ergo principium verbi in diuino potest pro-
priè dici pater.

4. Præterea. Omne quod dicitur in divinis, per primum dicitur de Deo quam de creaturis : sed generatio per primum videtur dici de creaturis quam de Deo. verior enim ibi videtur esse generatio, ubi aliquid procedit ab alio distinctum, non secundum relationem tantum, sed etiam secundum essentiam. Ergo nomen patris quod a generatione sumitur, non videtur esse proprium alicujus divine persone.

*Sed contra est, quod dicitur in Psalm. Ipse innuocabit
me, pater meus est tu.*

Respondet. Dicendum, quod nomen proprium cuiuslibet personae significat id, per quod illa persona distinguitur ab omnibus alijs. Sicut enim de ratione hominis est anima & corpus, ita de intellectu hominis est hoc anima, & hoc corpus, ut dicitur in 7. Metaph. His autem, hic homo ab omnibus alijs distinguitur. Id autem per quod distinguitur persona patris ab omnibus alijs, est paternitas. Unde proprium nomen personae patris est hoc nomen, pater, quod significat paternitatem.

Ad primum ergo dicendum, quod apud nos relatio non est subsistens persona. Et ideo hoc nomen pater, apud nos, non significat personam, sed relationem personæ: non autem est ita in divinis, ut quidam falso opinati sunt, nam relatio quam significat hoc nomen, pater, est subsistens persona.

D. 29. 44. Unde supra dictum * est, quod hoc nomen, persona, in diuinis significat relationem, vi subsistentem in diuina natura.

Ad Secundum dicendum, quod secundum Philo-
Lib 2. text. phum in* secundo de anima, Denominatio rei maxime
44. to. 4. debet fieri à perfectione & sine.

Generatio autem significat ut in fieri, sed paternitas significat complementum generationis: Et ideo potius est nomen diuinae personae patris, quam generans, vel genitor.

Ad Tertium dicendum, quoddam verbum non est aliquid
subsistens in natura humana. Unde non proprie potest
dici genitum vel filius.

Sed verbum diuinum est aliquid subsistens in natura diuina. cVnde propriè & non metaphoricè dicitur filius, & eius principium pater.

Ad Quartum dicendum, quodd nomen generationis,
& paternitatis, sicut & alia nomina, quæ propriè dicuntur
in diuinis, per prius dicuntur de Deo, quàm de
creaturis, quantum ad rem d significatam, licet non
quantum ad modum significandi. c

Vnde & Apostol. dicit ad Ephes. 3. Flecto genua mea
ad Patrem Domini mei Iesu Christi, ex quo omnis pa-
terinitas in cælo, & in terra nominatur. Quod sic ap-

Bparet. Manifestum est enim, quod generatio accipit speciem a termino, qui est forma generati. Et quando hic fuerit propinquior forma generantis, tanto verior & perfectior est generatio. Sicut generatio vniuoca est perfectior, quam non vniuoca. Nam de ratione generantis est, quod generet sibi simile secundum formam. Vnde hoc ipsum, quod in generatione diuina est eadem generatio, quae in generantis & genti: in rebus autem creatis non est eadem numero.

sed specie tantum, & ostendit, quod generatio, & per
consequens paternitas, per prius sit in Deo quam in
creaturis. Vnde hoc ipso, quod in diuinis est distinctio
gentiū a generante secundum relationem tantum, ad
veritatem diuinę generationis & paternitatis pertinet.

Sensus quæsit.

TITVLVM explicat egregiè Cai. quem cate-
ri sequuntur interpretes. Solus Vafq. Tur-
rianum fibi quafi patronum ostendens, dictio-
nem illam *proprie*, contendit hic tantum sumi,
prout distinguitur contra communiter, non ve-
rò vt distinguitur contra metaphoricè aut ex-
traneè. Nam *ex q. 3.* satis colligitur (inquit) ar-
nomen Patris de Deo dicatur Metaphoricè.
Sed in primis Torres, quanquam affirmet dictio-
nem illam primo modo sumi, ceteros tamen nō
excludit; deinde doctrina illa generalis de diui-
nis nominibus non fufficit ad fingulas difficul-
tates in qualibet materia difsoluendas: multa re-

Dicitur in quibus materia emittenda, multa
nim ex proprijs rerum naturis emergunt, quæ
earundem quidditatibus sunt diluendæ. Præter
ea tertium argumentum expresse militat contra
secundum sensum, & alia omnia magis tanguit
tertium quàm primum illius dictionis intelle-
ctum, ut patet intuenti; & in eodem sensu proce-
dit argumentum quo probatur conclusio: loquitur
enim de distinctio hypostatice: hoc verò est
quid intraneum veluti forma constitutiva.

Forma Textus.

CONCL. *est. Pater est nomen proprium persona Patris.* Probatur: Nomen significans id per quod persona qualibet distinguitur ab omnibus alijs, est illius proprium: at pater significat paternitatem, per quam distinguitur persona patris ab omnibus alijs; Ergo Pater est nomen proprium persona Patris. Maior probatur exemplo hominis singularis cuius nomen, puta Sortes, id est est eius proprium quia significat hanc animam & hoc corpus, quibus hic homo ab alijs distinguitur; Ergo similiter nomen significans id per quod persona qualibet &c. Antecedens probatur; quia sicut de ratione hominis est anima & corpus, ita de intellectu huius hominis est hæc anima, & hoc corpus.

Expositio Textus.

DUBITATIONEM hic excitat Cai. de sensu
maioris & minoris: an. si loquatur S.D. de si-
gnificatione formali & actuali, an de materiali &

potentia: & respondet hic sermonem esse de significatione formali & actuali, qua hoc nomen Pater ut primum analogatum, significat constitutum & distinctiui primę personę diuinę Trinitatis. Verum, cū nomen patris in titulo, ac proinde etiam in conclusione ipsomet exponente Cal. sumatur, prout admittitur in diuina Trinitate, id est ut patrem significat constitutum personaliter paternitate, ut hypostatica forma, nullius necessitatis & exiguę utilitatis videtur esse dubitatio.

3. Dubitatio.

Solutio.

Sed hic alia dū paulō maiores sese offerunt difficultates. Prior est: Cur paternitas sit prima diuinę personę proprietas, illius ad modum formę substantialis seu hypostaticę constitutiuę? Cui breuiter satisficit dicendo diuinam naturam ex sua infinita fecunditate pluribus suppositis communicabilem, hoc sibi naturaliter ac necessariō vindicare, ut secundum ordinem quendam originis, (qui non nisi per actiones immanentes scilicet intellectus & voluntatis potest in Deo, qui per essentiam intellectualis est considerari,) sit eadem numero diuina natura in tribus personis; diximus autem supra iuxta duas actiones immanentes, duas esse processiones in diuinis: & eam quę est per voluntatē, pręsupponere eam quę est per intellectum: & secundum quamlibet processionē duas attendi relationes, secundum quas solas potest in diuinis realis esse distinctio. Igitur diuinę personę sicut distinguuntur ita cōstituuntur relationibus inter quas prima est paternitas: quā quamuis, ut relatio est in actu exercito, pręsupponat generationem, & in ea fundetur; quatenus tñ est hypostatica forma primę personę constitutiuā, generationem ipsam, pręcedit, ut terminus naturalissimus ipsius diuinę naturę; sicut personalitas Petri pręcedit omnem eius operationem. Nec est querendum aliquid paternitatis sic acceptę fundamenti: quoniam ut sic nō sumitur ut relatio in actu exercito, sed ut hypostatica forma & ut subsistens, de cuius ratione est, ut secū ferat suum fundamentum, id est ut non egeat alio ab ea formaliter distincto fundamento, aut ratione fundandi. Et hoc fortē voluit significare Scotus in 1. distm. 28. vel alij ab eo relati, quos impugnat Zum. in 4. 2. huius q.

Posterior difficultas est de sensu & veritate verborum Apostoli ad Eph. 3. quę refert hic S. D. ad 4. Hęc vero sunt: *Electo genua mea ad Patrem Domini mei Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in celo & in terra nominatur.* De quibus hoc in loco disputant Torres & Zum. ad quos lectorem remittimus. Vide etiam Ferrariensem in 1. cont. gentiles c. 34. §. Potest 2. & c. Vbi difficultatem expedit à prędictis propositam & ab eis minus benē solutam.

ARTICVLVS TERTIVS.

Vtrum hoc nomen, pater, dicatur in diuinis per prius secundum quod personaliter sumitur.

187. 1. distm. 2.

AD Tertium sic proceditur. Videtur, quod hoc nomen, pater, non dicatur in diuinis per prius, secundum quod personaliter sumitur. Commune enim secundum intellectum est prius proprio: sed hoc nomen pater, secundum quod personaliter sumitur, est proprium personę patris: secundum verō quod sumitur essentialiter, est commune toti trinitati. nam toti trinitati dicimus, pater noster. Ergo per prius dicitur pater essentialiter sumptum, quā personaliter.

2. Præterea. In his quę sunt eiusdem rationis, non

est predicatio per prius & posterius. Sed paternitas & filiatio secundum vnā rationem videntur dici secundum quod persona diuina est pater filij, & secundū quod tota trinitas est pater noster vel creaturę, cū secundum * Basilium: accipere sit commune creaturę, & filio. Ergo non per prius dicitur pater in diuinis secundum quod sumitur essentialiter, quā secundum quod sumitur personaliter.

10. 1 in ho. de fide, quę est 15. cir. med.

3. Præterea. Inter ea quę non dicuntur secundum rationem vnā, non potest esse comparatio. Sed filius comparatur creaturę in ratione filiationis, vel generationis, secundum illud Collo. 1. Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturę. Ergo non per prius dicitur in diuinis paternitas personaliter sumpta, quā essentialiter, sed secundum rationem eandem.

Sed contra est, quod æternum prius est temporali. Ab æterno autem Deus est pater filij, ex tempore autem pater est creaturę. Ergo per prius dicitur paternitas in Deo respectu filij, quā respectu creaturę.

Respondetur. Dicendum, quod per prius dicitur nomen de illo in quo saluatur tota ratio nominis perfecte, quā de illo in quo saluatur secundum aliquid. De hoc enim dicitur quasi per similitudinem ad id, in quo perfectē saluatur: quia omnia imperfecta sumuntur à perfectis. Et inde est, quod hoc nomen, leo, per prius dicitur animali, in quo tota ratio leonis saluatur, quod propriē dicitur leo, quā de aliquo homine, in quo inuenitur aliquid de ratione leonis, ut puta audacia, vel fortitudo, vel aliquid huiusmodi: de hoc enim per similitudinem dicitur, Manifestum est autem ex pręmissis, * quod perfecta ratio paternitatis, & filiationis inuenitur in Deo patre & Deo filio, quia patris, & filij vnā est natura & gloria. Sed in creaturę filiatio inuenitur respectu Dei, non secundum perfectam rationem: cū non sit vnā natura creatoris, & creaturę, sed secundum aliqualem similitudinem. quā quantō perfectior fuerit, tanto propinquius acceditur ad veram filiationis rationem. Dicitur enim Deus aliquis creaturę pater, propter similitudinem vestigiū tantum, vipote irrationalium creaturarum: secundum illud Iob. 38. Quis est pluuia pater? aut quis genuit stillas roris? Aliquis vero creaturę, scilicet rationalis secundum similitudinem imaginis: secundum illud Deute. 32. Nonne ipse est pater tuus qui possedit, & fecit, & creauit te? Aliquorum verō est pater secundum similitudinem gratiæ, qui etiam dicuntur filij adoptiui, secundum quod ordinantur ad hereditatem eternę glorię per munus gratię acceptum: secundum illud Ro. 8. Ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quod sumus filij Dei, si autem filij, & heredes. Aliquorum vero secundum similitudinem glorię, prout iam glorię hereditatem possident, secundum illud Roman. 5. Gloriamur in spe glorię filiorū Dei. Sic igitur patet, quod per prius paternitas dicitur in diuinis secundum quod importatur respectus personę ad personam, quā secundum quod importatur respectus Dei ad creaturam.

Ad Primum ergo dicendum, quod communia absolute dicta secundum ordinem intellectus nostri, sunt priora quā propria; quia includuntur in intellectu propriorum, sed non e conuerso. In intellectu enim personę patris intelligitur Deus, sed non conuertitur. Sed communia quę important respectum ad creaturam per posterius dicuntur, quā propria, quę important respectus personales: quia persona procedens in diuinis, procedit ut principium productionis creaturarum. Sicut enim verbum conceptum in mente artificis per prius intelligitur procedere ab artifice, quā artificiatum quod producit ad similitudinem verbi concepti in mente: ita per prius procedit filius à patre, quā creaturę, de qua nomen filiationis dicitur secundum quod ali-

O 3 quid

quid participat de similitudine filij vel patris: ut patet A
per illud quod dicitur Rom. 8. Quos præscit & præ-
destinavit fieri conformes imaginis filij eius.

Ad Secundum dicendum, quod accipere dicitur esse
commune creaturæ & filio, non secundum vniucatio-
nem, sed secundum similitudinem quandam remo-
tam: ratione cuius dicitur primogenitus creaturæ.
Vnde in autoritate inducta subditur: Vt sit ipse
primogenitus in multis fratribus, postquam dixerat
conformes fieri aliquos imaginis filij Dei. Sed filius
Dei naturaliter habet quoddam singulare præ alijs,
scilicet habere per naturam id quod accipit: ut idem
Basilus * dicit. Et secundum hoc dicitur vnigeni-
tus: ut patet Ioan. 1. Vnigenitus, qui est in sinu
patris, ipse nobis enarrauit: & per hoc patet solutio
ad tertium.

Sensus quasi.

NOMEN prioritatis hic aduertit Cai. directè
sumi, pro prioritate secundum naturæ or-
dinem, quem inter intentiones seu rationes no-
minibus significatas attendimus, ut videre est
in 5. Meth. ubi explicantur & ordinantur voces
Metaphysice, quo ad rationes earum proprias.
Sensus igitur quasi est: an ratio Patris nomine
significata personaliter dicta sit naturæ ordine
prior intentio talis nominis, quam eiusdem ra-
tio essentialiter. Hanc expositionem ut nimis
Metaphysicam reprehendit Torres, qui tamen
non aliam sed eandem affert, ut sibi propriam
ac singularem.

Sylu. prioritatem hanc intelligit secundum
ordinem perfectionis. Iauel. addit significare et-
iam prioritatem naturæ & durationis. Sed hæc
expositio manifestè falsa est; nam de prioritate
durationis nulla potest esse dubitatio: Et quam-
uis argumentum ad oppositum ex prioritate du-
rationis probet prioritatem rationis significatæ,
nō tamē hinc rectè colligitur quæsitū esse de pri-
oritate durationis; præter quam quod argumen-
ta, quæ in oppositum solet adducere S. D. sola se-
pe gaudent probabilitate, & nonnunquā etiam
falsum concludunt, & in fine articuli soluun-
tur. Denique S. Th. loquitur hic de ordine pri-
oritatis, qui tollit vniucationem & constituit
analogiam; constat autem durationis ordinem
admittere vniucationem, ut patet in successiua
individuorum vnius speciei generatione. Quod
autem non quæratur hic prioritas perfectionis,
ex eo liquet, quod ex hac prioritate probat S. D.
eam, quæ secundum naturæ ordinem est in-
ter intentiones, seu rationes nominum patris
personaliter, & patris essentialiter dicti. Reliqua
ad tituli sensum pertinentia lege apud Cai. quem
alij sequuntur interpretes.

Forma Textus.

CONCL. est. Pater per prius dicitur in diuinis
personaliter, quam essentialiter. Probat.
Per prius dicitur ratio nominis de illo, in quo
saluatur tota ratio nominis perfectè, quam de
illo in quo saluatur secundum aliquid; at perfectè
ratio paternitatis & filiationis inuenitur in Deo
patre & in Deo filio: in creatura verò filiatio
inuenitur respectu Dei non secundum per-
fectam rationem, sed secundum aliquam simili-
tudinem; ergo &c. Maior probatur. Primò; quia
nomen de illo in quo saluatur eius ratio secun-
dum quid, dicitur quasi per similitudinem ad
id, in quo perfectè saluatur; ergo &c. Probat
hoc assumptum: quia omnia imperfecta su-
muntur à perfectis. Secundò probatur eadem

maior & assumptum exemplo hulus nominis
leo, quod prius dicitur de animali in quo tota ra-
tio leonis saluatur, quod propriè dicitur leo, quā
de homine in quo inuenitur aliquid de ratione
leonis puta audacia vel fortitudo: quia de hoc
per similitudinem dicitur. Minor quo ad pri-
mam partem probatur; quia Patris & Filij di-
uinis vna est natura & gloria. Secunda verò pars
quo ad partem negantem probatur; quia non
est vna natura creatoris & creaturæ. Quo ad
partem autem affirmantem probatur ordinando
& explicando quatuor gradus similitudinis, ni-
mirum vestigij, imaginis, gratiæ & gloriæ: se-
cundum quos dicitur Deus in sacris litteris crea-
turæ Pater & creatura eius filia.

Expositio Textus.

EXARTICULI discursu sequitur hoc no-
men Pater in diuinis esse commune patri
personaliter & essentialiter dicto, secundum a-
nalogiam proportionalitatis metaphoricè dictā:
de qua supra q. 13. a. 5. ac proinde vnitatem ha-
bet conceptus proportionalem, sicut analogum
propriè sumptum, ut ibidem ostendimus cū Cai.
& consequenter eadem est ratio de hoc nomine
principium, prout significat personam diuinam
producentem aliam personam, & Deum produ-
centem creaturam; & de hoc nomine pater de
Deo dicto respectu personæ & respectu creaturæ;
licet illud analogiam habeat proportionalitatis
propriè dictam, hoc autem metaphoricè; signi-
ficantur enim utroque cōceptus simpliciter plu-
res proportionalem habentes vnitatem: quamuis
materialiter & fundamentaliter rationes prin-
cipij proportionalem fundantes vnitatem ma-
iorem videantur habere conuenientiam, pro-
pter quam nominis proprietatem admittunt.
Sed hæc non efficit maiorem conceptus vnita-
tem; nam tanta est proportionalis vnitas inter
extrema, quæ parum materialiter distant, sicut
inter ea quæ maximè distant. Ex quo patet Turr.
quem ex parte sequitur Zumel. notabiliter in
Metaphysica defecisse & sine causā responsionē
D. Tho. ad secundum ut minus sufficientem re-
iecisse.

Respons. ad primum explicat optimè Cai.
quem, recentiores sequuntur. Turr. & post
eum Zumel. prolixam hic instituit disputatio-
nem arguendo & replicando, quam lege, si pla-
cet.

In eadem responsione aduerte Iauellum hic ne-
gare hanc propositionem esse formalem: Pater per se
est Deus: quia (inquit) absolutum non prædica-
tur in recto prædicatione quidditatiua, & for-
mali de relatiuo, cū sint opposita. Et addit Deum
esse de intellectu Patris, sumendo Deum in obli-
quo; quia Pater est quid subsistens paternitate
distinctum in Deo. Sed cum in integra ratione
Patris diuini, prout etiam à nobis concipitur,
includatur essentia concretè sumpta, ut latè su-
perius ostendimus in q. 29. a. 2. necesse est hanc
esse quidditatiuam & formalem: Pater est Deus;
fecus autem sumendo Patrem quo ad relatio-
nem præcisè prout distinguitur ab essentia, quo-
modo non sumitur hic à D. Th. cum ait com-
munia absoluta claudi in intellectu propriorū,
sed non è contra: loquitur enim de proprijs se-
cundum integrum & completum eorum conce-
ptum. Probat autem quod diximus hac euide-
ti ratione. Quando prædicatur natura in con-
creto de suo supposito, est prædicatio per se
quidditatiua & formalis; ut cum dico, Petrus est
homo: sed in hac propositione, Pater est Deus
præ-

Nomen Pa-
tris quomodo analogi.

Hanc esse
formalem,
Pater est
Deum.

prædicatur natura in concreto de suo supposito; ergo est prædicatio quidditatiua & formalis. Maior patet ex a. 3. q. 59. & ex 3. p. q. 16. a. 1. & a. 2. Minor est de fide. Sed de hoc iterum redibit sermo q. 39. a. 6. ubi mutata sententia nobiscum sentit Iauellus.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrum esse ingentum, sit patri proprium.

168.
a. di. 13. ar.
4. di. 26.
q. 1. ar. 1. &
opus. 1. c. 9.

AD Quartum sic proceditur. Videtur, quod esse ingentum, non sit patri proprium. Omnis enim proprietas ponit aliquid in eo, cuius est proprietas. Sed ingentus nihil ponit in patre, sed remouet tantum. Ergo non significat proprietatem patris.

2. Præterea. Ingentum aut dicitur priuatiue, aut negatiue. Si negatiue, tunc quicquid non est genitum, potest dici ingentum. Sed Spiritus sanctus non est genitus, neque etiam essentia diuina. Ergo ingentum etiam eis conuenit. & sic non est proprium patri. Si autem priuatiue sumatur, cum omnis priuatio significet imperfectionem in priuato, sequitur quod persona patris sit imperfecta, quod est impossibile.

3. Præterea. Ingentus in diuinis non significat relationem, quia non dicitur relatiue; significat ergo substantiam. Ingentus igitur, & genitus secundum substantiam differunt. Filius autem qui est genitus, non differt à patre secundum substantiam. Pater ergo non debet dici ingentus.

4. Præterea. Proprium est, quod uni soli conuenit. Sed cum sint plures ab alio procedentes in diuinis, nihil videtur prohibere, quin etiam sint plures ab alio non existentes. Non igitur est proprium patri esse ingentum.

5. Præterea. Sicut pater est principium persona genite, ita & persona procedentis. Si ergo propter oppositionem quam habet ad personam genitam, proprium patris ponitur esse, quod sit ingentus; etiam proprium eius debet poni, quod sit improceffibilis.

Li. 4. de tri.
non malit
remote à fi
ne lib.

Sed contra est, quod dicit Hilarius. 4. de trinit. * Est vnus ab vno, scilicet ab ingento genitus, proprietate videlicet in vnoquoque & innascibilitatis & originis.

Respondetur. Dicendum, quod sicut in creaturis inuenitur principium primum, & principium secundum: ita in personis diuinis, in quibus non est prius & posterius, inuenitur principium non de principio, quod est pater, & principium à principio, quod est filius. In rebus autem creatis aliquod principium primum innotescit dupliciter. Vno quidem modo, in quantum est principium primum, per hoc, quod habet relationem ad ea quæ ab ipso sunt. Alio modo, in quantum est primum principium, per hoc, quod non est ab alio. Sic igitur, & pater innotescit quidem paternitate & communi spiratione per respectum ad personas ab eo procedentes. In quantum autem est principium, non de principio, innotescit per hoc, quod non est ab alio. Quod pertinet ad proprietatem innascibilitatis, quam significat hoc nomen, Ingentus.

183.

Ad Primum ergo dicendum, quod quidam dicunt, quod innascibilitas, quam significat hoc nomen, Ingentus, secundum quod est proprietas patris, non dicitur tantum negatiue, sed importat vel vtrumque simul, scilicet quod pater à nullo est, & quod est principium aliorum: vel importat vniuersalem auctoritatem, vel etiam fontalem plenitudinem. Sed hoc non videtur verum: quia si innascibilitas non esset alia proprietas à paternitate & spiratione, sed includeret eas, sicut includitur proprium in communi. Nam

fontalitas, & auctoritas, nihil aliud significant in diuinis, quam principium originis & ideo dicendum est secundum Augustinum. 5. de Trinit. * quod ingentus lib. 5. de tri. negationem generationis passiuè importat. Dicitur enim, quod tantum valet quod dicitur ingentus, quantum valet quod dicitur non filius: nec propter hoc sequitur, quod ingentus non debeat poni propria notio patris: quia prima & simplicia per negationes notificantur. Sicut dicimus, punctum esse, cuius pars non est. e

45. a
52. d
431.

Ad Secundum dicendum, quod ingentum quandoque sumitur negatiue tantum. Et secundum hoc Hier. * dicit Spiritus sanctum esse ingentum, id est, non genitum. Alio modo potest dici ingentum aliquo modo priuatiue, non tamen aliquam imperfectionem importat. Multipliciter enim dicitur priuatio. Vno modo, quando aliquid non habet, quod natum est habere ab alio, etiam si ipsum non sit natum habere illud: sicut si lapis dicatur res mortua, quia caret vita, quam quedam res patet habere. Alio modo, dicitur priuatio, quando aliquid non habet, quod natum est habere ab aliquo sui generis, sicut si talpa dicatur cæca. Tercio modo, quando ipsum non habet, quod natum est habere. Et hoc modo priuatio imperfectionem importat. Sic autem ingentum non dicitur priuatiue de patre, sed secundo modo, prout scilicet aliquod suppositum diuina natura non est genitum, cuius tamen natura aliquod suppositum est genitum. Sed secundum hanc rationem, etiam de Spiritu sancto potest dici ingentum. Vnde ad hoc, quod sit proprium soli patri, oportet ulterius in nomine ingentit intelligere, quod conueniat alicui personæ diuinæ, quæ sit principium alterius personæ, ut sic intelligatur importare negationem in genere principij personaliter dicti in diuinis. Vel ut intelligatur in nomine ingentit, quod omnino non sit ab alio per generationem. Sic enim nec Spiritui sancto conuenit esse ingentum: qui est ab alio per processionem, ut persona subsistens: nec etiam diuina essentie, de qua potest dici, quod est in filio, vel in Spiritu sancto ab alio, scilicet à patre.

* Citatur in
magi. sent.
li. 1. dist. 13.
Parag. f.
D. 1059.

Ad Tertium dicendum, quod secundum Damas. * Ingentum vno modo significat idem quod increatum, & sic secundum substantiam dicitur: per hoc enim differt substantia creata ab increata. Alio modo significat id, quod non est genitum. Et sic relatiue dicitur eo modo, quo negatio reducit ad genus affirmationis: e sicut non homo ad genus substantia, & non album ad genus qualitatis. Vnde, cum genitum in diuinis relationem importet, ingentum etiam ad relationem pertinet. Et sic non sequitur, quod pater ingentus distinguatur à filio genito secundum substantiam, sed solum secundum relationem, in quantum scilicet relatio filij negatur de patre.

Lib. 1. de fi.
orib. ca. 9.

18.

Ad Quartum dicendum, quod sicut in quolibet genere oportet ponere vnum primum, ita in diuina natura oportet ponere principium quod non sit ab alio, quod ingentum dicitur. Ponere igitur duos innascibiles, est ponere duos Deos, & duas naturas diuinas. Vnde Hilarius dicit in lib. Synodis. * Cum vnus Deus sit, duo innascibiles esse non possunt. Et hoc præcipue, quia, si essent duo innascibiles, vnus eorum non esset ab alio. Et sic non distinguenterur oppositione relatiua. Oportet igitur, quod distinguenterur diuersitate naturæ.

Lib. de sy.
mod. post
med. illius
per 6. pag.
est diff.
miso. 26.

Ad Quintum dicendum, quod proprietates patris, prout non est ab alio, potius significatur per remotionem natiuitatis filij, quam per remotionem processionis Spiritus sancti. Tum quia processio Spiritus sancti non habet nomen speciale, ut supra dictum est; tum quia etiam ordine natura præsupponit generationem filij. Vnde remotum à patre, quod non sit

gen.

genitus, cum tamen sit principium generationis; sequitur consequenter quod non sit procedens processionis spiritus sancti: quia spiritus sanctus non est generationis principium, sed à genito procedens.

Sensus quasi.

TITVLVM explicat Cai. quem sequuntur Syl. Torres & alij: Sumitur enim proprium vt distinguitur contra commune, tam respectu essentiae, quam respectu aliarum personarum.

Forma Textus.

CONCL. est. Esse ingentum significat proprietatem Patris. Probatur. Sicut in creaturis inuenitur principium primum, & principium secundum: ita in personis diuinis inuenitur principium non de principio, quod est Pater: & principium à principio, quod est Filius: at in rebus creatis aliquod principium primum innotescit dupliciter; Vno modo quatenus est principium primum per hoc, quod habet relationem ad ea quae ab ipso sunt: Alio modo quatenus est primum principium per hoc, quod non est ab alio; igitur etiam Pater similiter innotescit quidem paternitate & communi spiratione per respectum ad personas ab eo procedentes: quatenus autem principium est non de principio innotescit per hoc quod non est ab alio: quod pertinet ad proprietatem innascibilitatis, quam significat nomen ingentum. Prima propositio declaratur ex differentiae principij in creaturis & in diuinis; nam in creaturis principium utroque modo dictum prioritatem habet respectu eius, quod ab ipso est: in diuinis autem est ratio principij, & eius quod est à principio, sine prioritate & posteriori.

Expositio Textus & responsionum ad argumenta.

Formatur ex hoc articulo definitio innascibilitatis, & explicatur, ac defenditur contra Vasquezium.

PROBAUIT S. D. in corpore innascibilitatem, quam significat hoc nomen ingentum, esse propriam Patris: sed eius quidditatem non aperuit, quam tamen explicat diligenter in responsione ad argumenta; ex quibus haec potest elici definitio. Innascibilitas, quam significat hoc nomen ingentum, est negatio generationis per modum priuationis, in genere diuini suppositi, quod sit principium personaliter dictum; aut est negatio omnis processionis ab alio, soli patri conueniens in diuinis.

PRIMA particula scilicet negatio generationis probatur, & explicatur in responsione ad 1. argum. ubi S. Tho. refert & rejicit opinionem dicentium innascibilitatem non solam negationem, sed vniuersalem etiam auctoritatem vel fontalem plenitudinem significare: vel simul Patrem à nullo esse & aliorum esse principium. Deinde cum Aug. concludit nomen ingenti negatione passivae generationis importare. Eadem particula latius explicatur in responsionibus ad tertium, & quintum arg. De hac particula & praedictis responsionibus D. Th. late disputant hic Torres & Zumel. Eadem simul tum quarta declarat & probat Mol. super hoc a. multis sanctorum Patrum auctoritatibus: nos ea, quae ad eius intelligentiam videntur esse necessaria notauimus in praecedenti q. ar. 3.

Obicit Vasquez.

Solus Vasq. nobis est molestus, qui suscepto contra D. Th. patrocinio D. Bonau. & aliorum antiquorum scholasticorum, rationem hic in responsione ad 1. ab Angel. D. contra eorum opinionem allatam conatur infringere. Ratio haec est: Si innascibilitas prout est proprietas patris, non dicitur tantum negatiue, sed importat

vel utrumque simul scilicet quoddam patet à nullo est & quoddam est principium aliorum: vel vniuersalem auctoritatem aut fontalem plenitudinem non esset innascibilitas alia proprietas à paternitate & spiratione, sed includeret eas sicut includitur proprium in commune; ergo &c. Probatur sequela; quia fontalitas & auctoritas nihil aliud significant in diuinis quam principium originis. Cui rationi respondet Vasq. negando consequentiam. quoniam D. Bonau. non contendit positium & negationem simul formaliter expressè & ex aequo significare, sed negationem primò & formaliter, positium verò materialiter sed directè. Deinde cum ait materiale illud & positium esse rationem fontalis plenitudinis & vniuersalis principij, non intelligit rationem aliquam communem secundum praedicationem ad modum generis aut speciei, (sic enim non esset diuersa ratio à paternitate & spiratione) sed rationem primi principij, quae nec paternitate nec spiratione exprimitur, & significat ceterarum personarum principium: Fons enim est vniuersale principium vniuscuiusque riuuli ex eo fluentis.

At non infringit aut effugit Vasq. efficacitatem argumenti: Nam in hoc, quod dico ceterarum personarum principium, si non sumatur abstractè sed secundum totam suam latitudinem, necesse est formaliter includi duplicem modum principij scilicet per generationem & spirationem: & si non prorsus explicitè; non enim poterit explicari ratio principij sic accepti, nisi duplicem modum praedictum exprimendo: & ita redit immo magis augetur vis argumentationis D. Th. probantis innascibilitatem sic non fore distinctam à paternitate & spiratione; sed esse cum eis eandem omnino realiter & formaliter. Quod autem ait Vasq. de mente D. Bonau. innascibilitatem significare negationem primò, & positium secundariò, non apparet primò id esse de mente D. Bonauenturae. Secundò, quia cetera nomina priuationum & etiam accidentium, solam significant priuationem, subiectum autem extrinsecè connotat, vt patet de cecitate, albedine & similibus: Igitur etiam innascibilitas & ingentum nihil directè significant nisi negationem suae priuationem; alioquin nomen ingenti non significaret vnum, & sic nihil significaret; nam quoddam vnum non significat, nihil significat: vnum enim cum ente conuertitur. Tertio, non est certum D. Th. hic eius sententiam referre & impugnare, sed potius eorum, qui nomen ingenti affirmabant significare primò positium. Denique nihil respondet. Vasq. ad auctoritatem D. Augusti. relatum hic à D. Tho.

Contra eandem particulam, & responsionem ad tertium sic argumentatur idem expositor. Ingentum non significat solam negationem natiuitatis sed cuiuscunque processionis; ergo non est specialis notio. Probatur consequentia; quia sicut processio vniuersè accepta non est peculiaris notio, quia est vniuersale praedictum, quod non constituit diuersam notionem à particularibus; sic etiam ingentum ratione solius negationis non deberet peculiarem notionem nec relationem costituere: ac proinde non esset inter notiones, neque inter relatiua nomina computandum. Resp. primò, nomen ingenti inter relatiua computari, eo modo, quo priuatio pertinet ad genus oppositi sibi habitus. Secundò dico non esse eandem sed longè diuersam rationem de processione in communi, & de negatione processionis in communi; nam duplex processio non potest ad vnius personae dignitatem pertinere:

Alia obicit Vasq.

Solutio.

re: negatio verò duplicis processionis ad maxi-
mam pertinet primæ personæ dignitatem. De-
inde in ratione primi, quod optimè per negati-
onem significatur, clauditur necessariò proces-
sionis vtriusque negatio; nam si modo aliquo ab
alio procederet, primum non esset. Postremò
negatio tanto specialior est, quanto communius
est id, quod ea negatur.

SECUNDA verò particula scilicet *per modum
priuationis in genere diuini suppositi*, per quam di-
stinguitur in specie, vel in indiuiduo, declara-
tur in respons. ad 2 distinguendo priuationem cū
Arist. in 5. Metaph. in c. de priuatione. Hanc re-
sponsum optimè distinguit & explicat Caiet.

TERTIA, quòd scilicet sit principium personali-
ter dictum, per quam differt innascibilitas patris
à negatione generationis, quæ conuenit essentię
diuinæ & Spiritui sancto, explicatur ibidem.

QUARTA, per quam etiam differt ab eisdem
scilicet negatio omnis processionis ab alio, in eadem
responsione declaratur.

POSTREMA denique particula, videlicet,
soli patri conueniens in diuinis, probatur in respon-
sione ad quartum argumentum, cuius sensum
exponit & à calumnia Scoti tuetur Caiet. Hanc
eandem particulam explicant & probant Ban-
Zum. & alij ex pluribus sanctorum Patrum di-
ctis & Conciliorum definitionibus.

Sed considerandum est, primum illud esse do-
ctrinæ principium, unde quis oportune discat,
vt ait Arist. in 5. Metaph. in c. de principio; quòd
autem sit Filius imago perfectæ Patris in diuinis,
ex solo modo processionis eius proprio demon-
stratur, quia procedit vt verbū: vt patet ex ambo-
bus art. quest. seq. & ex 2. 3. & 4. a. q. 27. Quoniam
igitur in dicta q. 27. probatum fuit personam Fi-
lij vt verbum ex patre procedere per intellectu
dicente, cuius intelligere est eius esse, ac proin-
dè simillimum ac consubstantialia esse verbū Pa-
tri, ac verè genitum & Filium & imaginem: id-
circo prius de verbo, deinceps de imagine disse-
rendum fuit: vt ex ratione verbi deduceretur i-
mago. Sicut enim Dei Filio singulare est, quòd
procedat vt verbum: ita peculiarem habet ratio-
nem imaginis, ex perfectæ verbi prout tale est ra-
tione ac similitudine deriuatam.

Quærit ergo primò de Filio sub ratione verbi.
De quo tria quærit. Primò: *utrum verbum dicatur
essentialiter, an personaliter*? quod est quærere
quasi genus ipsius verbi, an scilicet collocetur in
genere nominum essentialium, an in genere no-
minum personalium. In secundo articulo inuesti-
gat differentiam, & speciem per se primò signi-
ficatam nomine verbi, quærens an sit proprium
nomen Filij? In tercio, quærit respectum eodem
nomine secundariò significatum: an scilicet in no-
mine verbi importetur respectus ad creaturas?

QUAESTIO XXXIII.

De persona Filij, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de persona filij. Attri-
buuntur autem tria nomina filio scilicet Filius,
verbum, & Imago. Sed ratio filij ex ratione patris
consideratur. Vnde restat considerandum de verbo &
imagine.

Circa verbum quaruntur tria.

Primò, *utrum verbum dicatur essentialiter in di-
uinis, vel personaliter.*

Secundo, *utrum sit proprium nomen filij.*

Tertiò, *utrum in nomine verbi importetur res-
pectus ad creaturas.*

Ordo questionum & articulorum.

POST tria questionem de persona Patris sequitur
quæstio de persona Filij, quæ tribus nomi-
nibus propriè id est non metaphoricè dictis so-
let nominari, scilicet nomine Filij, Verbi & Im-
aginis; reliqua verò vel sunt metaphorica, vt lux
& splendor: vel appropriata vt species, æquali-
tas & sapientia: vel coincidunt cum prædictis,
vt genitus & natus, quæ coincidunt cum nomi-
ne Filij: & ideo ad prædicta tria propria redu-
cuntur. De his ergo tribus nominibus agendum
erat in præsentī quæstione. Verum quoniam
ratio Filij ex ratione Patris consideratur, super-
uacaneum erat postquam tractatum fuit de per-
sona Patris vt Pater est, agere de Filio sub ratio-
ne Filij. Igitur de Filio sub ratione tantum duo-
rum nominum agendum instituit S. D. videli-
cet, sub ratione Verbi in præsentī quæstione, & sub
ratione Imaginis in sequenti.

Dubitatio

Sed difficultas confurgit de ordine: A commu-
nioribus enim vt prius naturaliter notis est in-
choandum: constat autem rationem imaginis la-
tius patere, quam verbum; siquidem omne ver-
bum est imago, sed non è contra. Præcedit igitur
ordine doctrinæ imaginis quæstio eam, quæ
hic priori loco tractat de verbo S. D.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum verbum in diuinis sit nomen personale.

AD Primum sic proceditur. Videtur, quòd verbum
in diuinis non sit nomen personale. Nomina enim
personalia propriè dicuntur in diuinis vt pater, & verus
filius. Sed verbum metaphoricè dicitur in diuinis, vt
Origen. dicit super Ioan. Ergo verbum non est perso-
nale in diuinis.

2. Præterea. Secundum Augusti. in lib. de Trin. illud, in
* Verbum est notitia cum amore. Et secundum An-principio e-
selm. in Monol. dicere summo spiritui nihil aliud est, rat verbum
quam cogitando inueneri. Sed notitia & cogitatio
in diuinis essentialiter dicuntur. Ergo verbum
non dicitur personaliter in diuinis.

3. Præterea. De ratione verbi est quòd dicatur. Sed
secundum Ansel. * Sicut pater est intelligens, & filius habetur
est intelligens, & Spiritus sanctus est intelligens: ita in Mono-
pater est dicens, filius est dicens, & Spiritus sanctus est cap. 58.
dicens, & similiter quilibet eorum dicitur. Ergo nomen
verbi essentialiter dicitur in diuinis, & non personaliter.

4. Præterea. Nulla persona diuina est facta. Sed
verbum Dei est aliquid factum. Dicitur enim in Psal.
148. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum,
quæ faciunt verbum eius. Ergo verbum non est nomen
personale in diuinis.

Sed contra est, quòd dicit Aug. in 7. de Trin. * Sicut
filius refertur ad patrem, ita & verbum ad id, cuius est, & i. pa-
verbum. Sed filius est nomen personale, quia relatiue id post pr-
dicitur. Ergo & verbum.

Respondeo. Dicendum, quòd nomen verbi in diui-
nis si propriè sumatur, est nomen personale, & nulla
modo essentialia.

Ad cuius euidenciam sciendum est, quòd verbum
tripliciter quidem in nobis propriè dicitur: quartò au-
tem modo dicitur improprie, siue figuratiue. Manife-
stus autem, & communis in nobis dicitur verbum,
quod voce profertur, quòd quidem ab interiori pro-
cedit quantum ad duo, quæ in verbo exteriori inue-
niuntur, scilicet vox ipsa, & significatio vocis. Vox
enim significat intellectus conceptum, secundum
Philosophum in libro 1. Perier. * Et iterum, vox nec in pri-
ex si-